



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio trigesimaseptima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. I. Distinctio. XXXVII.

3. RESPONSO. Dicenda sunt duo. Primum est, quod peccatum non est pena peccati per se loquendo. Secundum est, quod peccatum potest esse pena peccati concomitiae. Primum patet, quia sicut se habet habitus ad habitum, sic priuatio ad priuationem, sed bonum oppositum malo culpe; & bonum oppositum malo pena non sunt idem bonum: ergo malum culpe, & malum pena non sunt idem malum. Culpe igitur per se nunquam est pena. Maior patet. Minor probatur, quia bonum quod priuatur per penam pertinet ad primam perfectionem seu integratem rei, bonum autem quod priuatur per malum culpe est pertinens ad perfectionem secundam, quae est operatio. Hac autem non posunt esse unum, ideo &c.

4. Secundum sic patet vbi cū in malis contingit in idem coincidere actionē cum passione verē aliqualia substantia abiente, ibi cōcomitantur se culpa & pena (culpa enim, ut dictum est frequenter, est malum in actione, pena vero in passione abiente, quod pertinet ad primā re integratatem) sed in pluribus actibus malis actio & passio concomitantur se, sicut iram, inuidiam, tristitiam, que sunt quedam animae operationes, sequitur immunitio corporis à debita & conuenienti dispositione in indebitam. Similiter actus corporales simul habent in se aliqual actionis & aliqual passionis, in quantum homo morueretur si ratione alterius & alterius partis, & inquantum passiones sunt, inflationem & penam habet, inquantum vero actiones sunt, si sunt mala, habent rationem culpe: & ideo dicturi sunt mali illud Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis, &c. propter quod sicut concomitant se actio mala & passio, sic pena & culpa: ideo &c. Ita etiam modo contingit idem esse meritum & penam, scilicet concomitiae, non autem per se & essentialem: contingit enim bene & meritorie iraci & tristari, ad quæ sequitur vera passio & pena in corpore. Actus etiam corporales boni penales sunt, sicut & mali: ideo identitas ponit cum culpā vel cum merito est concomitativa, & non essentia.

5. Ad argumentum in oppositum dicendum quod hoc ipsum quod homo laborem & detrimētum patitur in peccando natum est retrahere hominem à peccato. Et ideo, pena adiuncta culpe rationem habet medicinam, adiuncta autem merito auget ipsum.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum omnis pena insit propter aliquam culpam.

S. Thos. I. 2. q. 87. art. 7.

Tertio queritur, vtrum omnis pena insit propter aliquam culpam. Et videtur quod non, quia eiusdem rationis videtur esse, quod peccatores prospicentur & innocentes puniantur, sed primum frequenter reperitur. Hierem. 12. via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui prævaricantur & iniqui agunt, ergo videtur quod, res liquum possit inueniri, scilicet, quod innocens puniatur, ergo pena quandoq; infingitur sine culpa.

Item de Christo dicitur. I. Petri. 2. quod peccatum non fecit, nec doctus inveniens est in ore eius. Et tamē ibi dicitur quod paup. est pro nobis: ergo pena nō semper per dispensationem à Deo pro culpa.

2. IN contrarium est quod dicit Hiero, quod quicquid patimur peccata nostra meruerunt.

4. RESPONSO. Dicenda sunt duo. Primum est, quod omnis passibilis ponit est in nobis à culpa. Secundum est, quod non omnis pena quam patimur, intelligitur nobis neq; à Deo, nec ab homine pro aliqua culpa. Primum patet ex his quae dicta sunt supra, dicitur, i. o. qu. 1. quod mors & aliqui defectus penales sunt in nobis à peccato, saltem sicut à causa remouente prohibens. Secundum patet quia si pena semper infingetur pro aliqua culpa, vel hoc est pro aliquo actuali, vel pro originali. Non pro actuali, quia in multis inueniuntur graues penas, in quibus nulla est culpa actualis, sicut in pueris nuper baptizatis, in quibus sunt ægritudines, vexationes dæmonum, & similia. Item nec pro originali, quia culpa originali nō debetur pena sensus, sed damnatio, sicut ipsa passibilitas pena sensus insit propter peccatum originale modo quo

Quæstio III.

192

dicitur ei supra. Sed multa pena sensus insunt hominibus, vt de se patet, ergo non omnis pena infingitur pro culpa, quod concedendum est. Sed infingitur quandoque ab homine simpliciter iniuste absq; aliqua culpa patiens, & à Deo, non quidem iniuste, quum sit dominus vita & mortis, sed præter iustitiam, quod contingit vultus modis, sicut tractat beatus Aug. super canticum Deutero. dicens quod quinq; modis flagella contingunt, vel vt iustis meritis per flagella augeantur: vt Iob, vel ad custodiam virutum ne superbia tentet, vt Paulo, vel ad corruganda peccata, vt Marie lepra, vel ad initium penitentiae, vt hic videatur quid in infernum sequatur, vt Herodi, vel ad gloriam Dei manifestandam, vt caecu nato. In aliquibus autem istorum modorum pena non infingitur pro aliqua culpa, maximè in primo & ultimo, vt de se patet, ideo &c.

5. A D primum argumentum dicendum quod quum malum nullum sit integrum, vt dicitur. 4. Ethic. Nullus est adeo malus, quin aliquid boni habeat, quod à Deo hic remuneratur, in minimis bonis, scilicet in temporalibus, sed bonum potest esse integrum absq; omni malo. Et in tali nihil est puniendum: quod si aliquid patiatur hoc est vel ex conditione naturæ sibi derelicta, sicut in egritudinibus, & aliis passionibus, vel quia ab alio infingitur iniuste, sicut fit in illatis iniuriis, vel quia à Deo immittitur dispensatio, modis quibus dictum est.

6. Ad secundum dicendum quod pena quam Christus passus fuit, ordinem habuit ad culpam, non quidem Christi, sed primi parentis, cuius debitum existens in nobis. Christus per penam quam pertulit excusat. Dictum autem Hieronymi adducetur in contrarium est intelligendum ut in pluribus. Raro enim contingit aliquid adeo esse innocentem, quin plus pecet quam patiatur: vel intelligendum est non de actuali passione, sed de passibilitate quam omnes (excepto Christo) contraximus ex peccato primo, sicut dictum est.

Sententia huius distinctionis. xxxvii.
in generali & speciali.

Sunt autem alii plurimi. Superius Magister posuit opinionem quorundam circa quidditatem peccati. Hic vero ponit opinionem contrariam. Et diuiditur in duas partes. Primo determinat intentum. Secundo subiungit illud in quo ambæ conuenient opiniones. Secunda ibi, quoniam igitur omnes in hoc consentiant. Prima diuiditur in partes tres. Primo ponit opinionem. Secundo ad opinionem illam responderet. Et ad rationes alterius partis. Tertiò opponit duplickey pro opinione secunda ibi, illa quoque eius verba. Tertia ibi, ex quo tollitur res alias esse. Et in hoc terminatur sententia & diuisio lectionis in generali.

2. IN speciali sic procedit Magister, & proponit primum quod quidam sunt opinati voluntatem malam, & astum malum, nec à Deo esse, nec bona esse sunt enim peccata, peccatum autem nihil est. Postea dicit quod illud quod Augustinus innuit, scilicet, quod omne quod est, inquantum est, bonus est: intelligendum est secundum eos de his qua naturæ & substantiale esse habent, peccatum autem non habet tale esse. Postea opponit pro dicta opinione per duas rationes, quarum prima talis est, illud per quod homo sit deterior non est à Deo: sed peccata sunt res quibus homo sit deterior, ergo peccata non sunt à Deo. Secunda ratio talis est, nihil Deus non est autor, sed peccatum nihil est, ergo non habet Deum autorem. Concludit postea, quod illud quod dicitur, quod omnium quae sunt Deus est autor non solum intelligendum est de ipsis naturis, vt videtur, sicut supra dicebatur, sed de omni eo quod naturam non viciat, & ideo peccatum sub ipsa generalitate non intelligitur. Ultimo dicit, quod quando dicitur Deus non esse autorem malorum, intelligendum est de malis culpe. In hoc enim consentiunt omnes, non de malis penas, quia tamē alibi legitur, quod Deus mortem non fecit, intelligendum est quod non fecit peccatum, quod est causa mortis: ipsa tamen mors, quae est pena, est à Deo. Et in hoc terminatur sententia lectionis.

Q. V. A.

DUR
DUR
Magistri Durandi de

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum actio peccati secundum quod actio, sit à Deo.
Tb. 1. 2. q. 79. 4r. 1.

Circa distinctionem istam queritur, primò vtrū actio peccati secundum quod actio sit à Deo. Et videtur quod non, quia Fulgentius dicit, quod Deus illius rei vultor est cuius non est autor, sed Deus est vultor peccati quātum ad ipsam actionem, ergo &c. Probatio minoris, quia sicut peccato respondet pena damni ratione auerisioris, in qua constituit defectus, ita respōdet ei pena sensus ratione conuersoris, in qua constituit actus.

1. Ita defectus nō assignatur causa, nisi ratione actus, vbi ergo actus & defectus sunt inseparabiles, quicquid est causa actus est causa defectus, sed in actione peccati, puta in verbo blasphemie & defectus sunt inseparabiles: ergo cum Deus non sit causa defectus (aliоquin Deo imputaretur peccatum) videtur quod non sit causa actus.

2. In contrariis est, quia illud quod non est causa actus, non est causa effectus producti per actum, sed per actionem peccati aliqui effectus in esse producuntur: generantur enim homines ex adulteriis. Si ergo talium actionū deus non est causa, per consequens nec hominū, qui his actionibus generantur, quod est inconveniens.

3. RESPONSI O. Dicendum sunt tria. Primum est, quod deus est causa actionis peccati vniuersalis, & prima. Secundum est quod non est causa eius proxima & immediata. Tertium est, quod ex hoc non potest Deo imputari culpa. Primum patet, quia à quo est essentia, est & virtus & operatio saltem mediata, sed omnis essentia est à Deo, igitur &c. Secundum patet ex his quae dicta sunt sup. di. i. qu., huius libri. Tertium patet sic, actio non debet imputari agenti nisi secundum quod ab ipso procedit, sed actiones liberi arb. non procedunt à Deo nisi secundum indifferiam ad bonum & malum, ergo &c. Minor probatur, quia Deus non est causa actionum liberi arbitrii nisi quia liberum arbitrium ab ipso & est & conferatur, sed liberum arb. in esse conseruat, adhuc est indifferens ad eligendum actum bonum vel malum, nec determinatio eius ad malum est à Deo, ergo actiones liberi arb. nō possunt Deo imputari secundum communem cursum nisi secundum indifferiam ad bonum & malum. Dico autem secundum communem cursum, quia forsitan Deus ex beneplacito suo liberum arbitrium inclinat ad bonum, nō quam tamen ad malum, ut sic bona actio Deo imputari possit nunquam tamen mala, & si ratione illius vel huius indifferienter intelligant aliqui quod Deus est causa malorum vel malarum actionum inquantum actiones sunt & non inquantum male. Verum est, quia omnes huiusmodi actiones reduci possunt in Deum secundū indifferiam & non secundum determinationem ad malum, quia vero principia actionū naturalium sunt determinata ad vnu, ideo actiones naturales eoru deo attribuuntur & quantum ad essentiam actus & quātum ad determinationem eius.

4. Si vero sumatur aliqua singularis actio puta hoc adulterium que secundum se separari non potest à deformitate culpe, impossibile est quod Deus sit immediata causa talis actionis nō solum propter rationes prædictas, sed quia necessario est ea causa deformitatis, ita quod ipsi attribueretur defectus sicut actus.

5. Quod patet. Ad defectum enim culpabilē tria concurredū scilicet quod defectus culpabilis nō causerit nisi ab agente, quia culpa est malum quod facimus, defectus vero nō culpabilis, aliunde causari possum scilicet ex dispositione materiæ, sicut tibia claudi non potest recte indecere, licet non sit defectus ex parte virtutis progressiua, sed ex indispositione materiæ. Ad hoc etiam quod defectus sit culpabilis oportet quod sit in potestate agentis, quia que non sunt in potestate nostra, non sunt nobis culpabilis. Item requiritur quod defectus non sit ignorans ignorantia que excusat peccatum. Ex quibus si arguiretur, Omnis defectus culpabilis imputatur agenti producenti & habenti super actum dominium & non ignoranti defectum. Si ergo Deus immediatè causeret actum huiusmodi adulterii, cum non agat ex necessitate naturæ, sed liberè habens plenum dominium actus, negat ignorare de-

Sancto Porciano

fectum adiunctum, nō video quin ipsi debeat ad culpam imputari sicut & homini vel magis quam homini causa ignorantis potest eum quandoq; totaliter excusare, vel culpam alleuiare. Item quando duo sunt coniuncta interparabiliter quicunq; sciens vtrung; eligit unum, eligit & alterum, quia & si illud non eligeret absoluted quia malū, ex quo ramen coniunctum est ei quod vult, nec separati potest ab eo, neccesse est quod vtrung; vult, sicut pater in voluntatis mixtis cum aliquis prout merces in māre vt saluetur, quas ramen secundum se non veller proticer. Cum igitur Deus non ignoreti defectum coniunctum actum si vult unum vult & alterum, non operatur autem nisi sciens & volens, &c.

7. A D primum argumentum dicendum quod Deus non est immediate autor huius vel illius peccati sed mediante lib. ar. cui imputatur bona vel mala actio ratione sue libertatis qua se determinat ad hoc vel ad illud, & sic imputatur ei ad culpam vel meritum & sic prematur vel punitur.

8. Ad secundum pater solutio per iam dicta, concessum est enim quod concludit.

9. A D argu. in oppositum dicendum quod per actionem peccati nullus effectus in esse producitur, actio enim peccati vel est interior actus voluntatis per quod nihil constituitur, vel actus exterior imperatus est motus localis solum per quem nihil aquiritur, & ideo per actionem peccati nullus effectus producitur. Sed verum est quod per actionem peccati actua & passiva naturalia approximantur sicut per actum adulterii commiscetur senectus viri cum semine mulieris quibus appropinquat sequitur actio naturalis eorum & effectus, quorū vtrunque Deo attribuitur, non autem præcedens actio peccati propter rationem tam dictam.

QVÆSTIO SECUND A.

Vtrum Deus sit actor mali peccati.

Tb. 1. 2. q. 49. 4r. 2.

D Einde queritur, vtrum Deus sit actor mali peccati. Et videtur quod non, quia omne malum est præter intentionem agentis, nullus enim apscientis ad malum operatur, sed in actione diuina nihil potest contingere præter eius intentionem, quia quod non est intentum, nō videtur esse præsumum, omnia autem sunt à Deo præsumta, ergo &c.

2. SED contra. Ad eundem pertinet remuneratio bonorum, & punitione malorum, sed Dei est remuneratio bona nos, ergo & punire malos: hoc autem fit per inflictionem peccati, ergo &c.

3. RESPON SIO. Dicendum quod Deus est actor mali peccati, non tamen potest esse cuiuslibet peccati actor immediate. Primum patet, quia à deo nihil est negandum, nisi quod sonat in aliquam imperfectionem, sed est actor mali peccati, nō sonat in aliquam imperfectionem, ergo &c. Minor probatur, quia malum peccati sive sit peccata damni, sive peccata sensus, constituit in passione: passio autem non est in agente, sed in passo propter quod malum peccati defectum ponit in patiente, & non in agente: defectus enim vel est naturæ, vel moris: causare autem peccata in alio non arguit imperfectionem naturæ ageris, sed magis perfectionem naturæ, & prædominium virtutis. Item nec aut defectum morum, qui contingit peccata iustæ infligi, & tunc insigfitur absq; culpa, ideo &c.

4. Secundum patet, quia Deus non est immediatus actor illius peccati que infligitur actione culpe, sed quoddam peccati sunt huiusmodi, sicut omnes que ad hominem in iustitia inferuntur, ergo &c.

5. A D argu. in oppositum dicendum quod malum inquantum malum nunquam est intentum, neq; à deo, sed nihil prohibet illud quod est malum naturæ, est bonum in genere moris: sic est de peccata iusta, & hoc modo potest esse intenta. Similiter malum naturæ respectu vnius (puta corruptio respectu bouis) mala est: quia tamen respectu hominis, qui ex morte eius cõsequenter iuuatur, bona est & intenta, & similiter est in omnibus, ideo &c. Argumentum etiam affinitat falsum, scilicet quod omne præsumit sit intentum, quod non est veris, quia præsumit, quod pertineat ad intellectum, est omnium tam honorum, quam malorum: intentio autem quoniam sit actus voluntatis, est solum bonorum.

QVÆSTIO

Q VÆSTIO TERTIA.

Vtrum culpa magis habeat de ratione
mali, quam pena.
Tho. i. q. 43. ar. 6.

Postmodum queritur, quid plus habeat de ratione mali, culpa an pena. Et videtur quod ponat, quia sicut in bonis illud est melius, propter quod alterum elicitur, ita in malis illud est peius, propter quod alterum evitatur, sed culpa evitatur propter penam, ergo &c.

2 Item sicut se habet meritum ad premium, ita culpa ad penam, sed premium melius est merito; ergo pena est deterior culpa.

3 IN contrarium est, quia omne quod communiter dicitur de causa à causato, verius & principalius dicitur de causa, quam de causato; sed malum dicitur de culpa & pena, tanquam de causa & causato; culpa enim est causa peccata, ergo &c.

4 R E S P O N S I O . Quid sit maius malum culpa, an pena, impropriè queritur, quia quae comparantur propriè secundum maius & minus debent esse vnius rationis in eo in quo comparantur, vt patet ex. 7. Physic. malum autem non conuenit vniuersitate culpæ & penæ, quia pena est malum nature, culpa vero malum moris, ideo &c. Item culpa cōsūlit in actione, pena autem in passione, haec autem non sunt vnius rationis, ideo &c.

5 Quia tamen largè cōparantur quandoq; que in una ratione non conueniunt, sicut dicimus quod substantia verius est ens quā accidens; ideo tolerando dictam cōparationem, dicendū quod culpa verius habet rationē mali quam pena, quod patet ex propriis rationibus boni & mali, ratio enim boni, vt supra dictum est. 33. qu. 1. &c. est ratio conuenientis: ratio autem mali est conuenienter punitio. Tunc si illud est maius malū homini, quod tollit illud quod maximē cōuenit ei, sed hoc est magis culpa quam pena, ergo &c. Probatio minoris, quia illud cōuenit maximē homini, quod conuenit ei secundū quod est homo, sed bonum rationis quod tollitur per culpā est huiusmodi. Cōuenit enim homini secundū quod est homo, quia homo est homo per rationē, quare &c. Item malum culpæ est in potestate hominis, malum autem pena non, quia autem sunt in potestate hominis imputantur ei: & ideo malum culpæ imputatur homini, vt ex ipso dicatur in malis, non autem ex malo penæ, & ita loquitur Diony. 4. cap. de diu. no. quod puniri non est malum, sed fieri dignum pena, & Augu. i. de lib. arb. quod culpa est malum quod facimus, & quo malū sumus: pena vero est malum quod patimur, non quo mali sumus. Et ideo alibi dicitur quod melius est omnia pati mala, quam mala consentire.

6 A D primum argumentum dicendum quod culpa non est vitia principaliter propter penam, sed propter se, etiam si nulla pena sequeretur. Vnde & virtuosus plus culpm fugit, quam penam, ad quam tamen oportet mensurare actus aliorum hominum, vt dicitur, Ethicorum.

7 Ad secundum dicendum quod licet culpa terminetur ad penam, sicut meritum ad premium, tamen non intendit propter penam sicut intenditur meritum propter premium, sed potius inducitur ut culpa vitetur: & sic culpa maior est siue peior, quam pena.

Sententia huius distinctionis. xxxviii.
in generali & speciali.

Post predicta de voluntate. Superioris Magister determinauit de peccato per comparisonem ad actus qui bus peccamus, ponendo distinctionem peccati. Hic determinat de peccato per comparisonem ad potentiam voluntatis, & ad alias potentias. Secundū inquirit de peccato voluntatis per comparisonem ad alias potentias. Tertiū inquirit de peccato prout respicit actus exteriores. Secunda in princ. diff. 39. ibi, hic erit quistio. Tertia in princ. 40. diff. ibi, post hanc de actibus est considerandum. Prima est principalis lectio. Et diuiditur in tres. Primi inquirit vtrum voluntas habeat restitutinam tantum à fine. Secundi inquirit vtrum iste finis sit unus an plures. Tertiū ostendit quomodo se habeant intentio & voluntas adiun-

Questio I.

193

vicem. Secunda ibi, sed queritur, vtrum bona & voluntates. Tertia ibi, soleret etiam queri. Prima in duas. Primo ostendit quod iste finis finis est charitas. Secundū ostendit quod iste finis finis, qui est Deus, non excludit. Secunda ibi, ergo charitatem sibi ponit finem. Secunda pars principialis, in qua determinat de vnitate & pluralitate finis diuiditur in duas. Primo determinat questionē intentiā. Secundū obicit contra determinata, & soluit. Secunda ibi, veruntamē huius sententię. Illa pars principialis, in qua inquirit quomodo se habeant intentio & voluntas, diuiditur in duas partes, secundū duas qua siōnes quas mouet & soluit. Secunda ibi, sed queritur vtrum etiam intentio. Haec est sententia & diuisio lectionis in generali.

2 IN speciali, verò sic procedit Magister. Et proponit primum, quod voluntas restitutinem & peruerteratrem habet a bono vel malo: finis autem bonus est charitas, quoniam propter charitatem fieri debet quicquid fit. Postea dicit quod iste finis ad vltiorem finem ordinatur, scilicet ad Deum: mala autem voluntatis finis est mala dilectio, vel deflectatio. Postea dicit quod poterit esse plures fines intermedii, tam bonarum quam malarum voluntatum, qui sunt quasi quoddam medium in veniendo ad vltiorem finem. Postea ponit quādam autoritatem, per quam videtur probare quod duos fines nō debemus nobis constitutre, & soluit dicens quod hoc intelligendum est, quād illi fines sic se habent quod vnuus ad aliū non refertur. Postea querit, vtrum voluntas & intentio sint idem. Et responderet quod voluntas propriè dicit ipsam potentiam. Intentio verò dicit illud propter quod mouetur ad vltimum. Ultimum querit, vtrum idem sit actus, quo voluntas vult finem, & ea que sunt ad finem. Et respondet quod quibusdam non viderit esse idem; quibusdam verò videatur quod sunt idem actus voluntatis. diuerificant tamen secundum voluntatē, Magister tamen hoc indeclaratum rea linquit. Et in hoc terminatur sententia lectionis, &c.

Q VÆSTIO PRIMA.

Vtrum bonitas actus voluntatis sit ex fine.
Tho. i. 2. q. 1. ar. 3. & q. 18. ar. 2. 3. & 4.

Circa distinctionem istam primum queritur, vtrum bona actus voluntatis sit ex fine. Et videtur quod sic quia motus recipit speciem à termino, sed terminus actus voluntatis est finis, ergo &c.

2 Item Boëtius in Topicis suis dicit quod eius finis bonus est, ipsius quoq; bonus est: ergo bonitas finis causat bonitatem operis.

3 IN contrarium arguitur, quia euangelizare bonum est, manducare bonum est, tamen euangelizare propter manducare non bonum est, ergo bonitas operis non est ex bonitate finis.

4 R E S P O N S I O . Quum questio sit de bonitate moralis actus voluntatis videnda sunt duo. Primum est, quis actus dicatur moralis, & quare. Secundum est, in quo consistat bonitas actus moralis ipsius voluntatis, & ex his apparet illud quod queritur.

5 Q V A N T U M ad primum sciendum est quod actus moralis dicitur actus qui est in potestate voluntatis, siue sit ab ea elicitus siue imperatus. Et dicitur moralis à more seu consuetudine, quia per morem seu consuetudinem possumus nos habere diuersimode circa tales actus, inquantu[m] assuelcumus sic vel alter operari, & omnes tales actus sunt liberi. Circa actus enim purè naturales consuetudo vel mos nō habet locum. Si quis enim projectat lapidem sursum centes millesies, nunquam affuerit ascendere, quia motus eius sursum vel deorsum non est liber, sed unus est violens, & alter naturalis. Et propter hoc quod actus morales liberi sunt, & in potestate nostra: idcirco secundum eos laudamur, vel visuperamur, inquantum sunt boni vel mali.

6 E T est aduentendum quod predicti actus morales sunt quādam res in eis natura, sed dicitur morales, propter rationem iam dictam, & quanvis esse morale nihil reale addat super naturalem talium actuum entitatem: tamen aliud iudicium est de eis secundum esse suę naturę & secundum mores, seu secundum genus moris. Actus enim temperatus & intemperatus sunt eiusdem speciei in

BB esse